Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Vir erat in terra hus nomine Job.
Et erat vir ille simplex et
rectus. ac timens deum. et re
cedens a malo. Natique ei septem filij
et tres filie. Et fuit possessio ei septem
milia ouium. multaque substancia nimis.
eratque vir ille magnus inter omnes ori
entales. Et ibant filij eius. et faciebant
convivium domos. unusquisque in die suo.
et mittentes vocabant tres sorores suas.
ut comederent et biberent cum eis. Tu. Lectio.
Cumque in ordinem transissent dies convivij
mittebat ad eos iob. et sanctificabat eos.
surgens diluculo offerebat pro holocau
sta singulos dies. Dicebat enim. Ne forte
peccaverint filij mei. et benedixerint deo in
cordibus suis. Sic faciebat iob cunctis
Quadam autem die cum Lectio diebus. Tu.
venissent filij dei. ut assisterent coram domino